# Sigismundus Rex Poloniae
## Barthvensibus

Famati grati Nobis dilecti.

Grata est Nobis gratitudo Vestra quam Vos pro opera et Patrocinio Nostro Vobis declarato, praeseferre scribitis, quae gratitudo etsi Nostri ni Vobis uberiorem benevolentiam allicere athuc potuisset, facinus tamen audax. Casparis Scheve dus qui Nostram dignitatem graviter et nimirum oe lesit, Vobis omnem de rationibus Vestris sublevandis voluntatem praedicit. Namq Beri accepimus illum, nescimus qua soliditate et audacia impulsum, nulla ratione Regiae dignitatis Nostrae habita, Nobilem Joannem Vlayski, Aulicum et Nuncium Nostrum, in publico itinere cum a Rege Joanne ad Nos revertebatur, violenter cepisse, et captum licenter detinere. Quod cum iniquum sit et contra jus Gentium commissum Nosq vehementer commoveat, non possumus non cogitare ut illius ista temeritas aliqua orcissi ratione palam puniatur, sed et de reliquis Regni Ungariae incolis veremur, ne subditi Nostri ista Nra gravi injuria lacessiti nisi ad literas Nostras quas illi scribimus quasq per Vos

illi

Illi mitti volumus Aulicum Nostrum praedictus Casper Shevedi dimittat, singulos qui in Regnum Nostrum quomodocunq pervenerint comprehendant et detineant, et ita indignitatem stolidis hominis in Nos perpetratam vindicent. Id quod Nos Vobis denunciamus praesentibus ut deinceps ab ingressu in Regnum Nostri et a Nostris omnibus Regnicolis caveatis.

Nam quemcunq in Regno Nostro hi ipsi subditi Nostri comprehendere poterunt, audacissimo et indignissimo facto Casparis Shederi irritati procuidubio detinebunt, et intercipient.

Datum Cracoviae d. 1. Maii Anno Domini 1532. Regni Nostri 26.